

burgensis aecclesiæ archiepiscopus et quidam noster pincerna Liuvo nostrae regalis potentiae licentia et imperatoriæ maiestatis permissione, communi etam et incontradicibili consensu multorum primatium nostrorum et ceterorum ad presens manentium, quorundam prediorum suorum commutationem auctoritativam incommutabilemque perfecerunt. Dederat itaque predictus archipresul Adalbertus, quicquid predii habuit in villis Hadisleba, 5 Etrodisorp et Uiderstedi in pago Sueua in comitatu Thietmari comitis sitis, cum omnibus eo loci pertinentibus per concambium, ut prescriptum est, manu sui advocati Friderici nostro pincernæ Liuvoni. Insuper ergo, quia Liuvonis^{b)} predium multo maius erat, pro condigna completionis restitutione eius predii totam decimationem de villa Pennendorp et, ne quid adversi neutra ex parte post modum eveniret, x. mancipia, quorum nomina 10 sunt Heigo, Eiltag, Allo, Adalmar, Emma, Liuduwig, Bezca, Abuche, Buche et Iniv, addiderat. Econtra Liuvo villam Biendorp ultra fluvium Sala sitam in pago Zirmute in comitatu iam dicti Thietmari comitis — — tradidit — —

:Signum domni Ottonis (M.) invictissimi imperatoris augusti.: (SJD.) (SR.)

:Hildibaldus cancellarius ad vicem Uuilligisi archicapellani conscripsi.: 15

Data vi. id. mai. anno dominicæ incarnationis deccccclxxviii., indictione vi., anno vero regni pii Ottonis xv., imperii x.; actum Gruona.

26.

Kaiser Otto II. schenkt aus der Erbschaft des Markgrafen Thietmar ein im Schwabengau und in dem Komitate des genannten Markgrafen gelegenes Landgut einer Edelfrau Namens Gerbirin. 20
Dortmund, 978 Juli 14.

Hdschr.: Or. Perg. Geh. Staatsarchiv Berlin.

Gedr.: v. Heilmann, Cod. dipl. Anhalt. 1,50. Stumpf 731.

Ann.: Vergl. Einl. 11 Ann. 27, 12 Ann. 35 und 36, 13 Ann. 37. S. A. 17 Ann. 27, 19 Ann. 35 und 36, 20 Ann. 37. 25

(C.) :In nomine sanctæ et individuae trinitatis. Otto divina favente clementia imperator augustus. Notum esse volumus omnibus fidelibus nostris praesentibus scilicet atque futuris, qualiter nos: per petitionem et interventum Thietmari marchionis ceterorumque fidelium nostrorum cuidam nobili femine Gerbirin nomine et filiae eius Liutgart vocatæ quoddam praedium, quod Thietmari fuit antea et nos post mortem eiusdem viri 30 secundum legem inheredare debuit, quod et ipse adhuc in sua vestitura tenent, situm in pago Sueuum in comitatu praedicti Thietmari marchionis cum omnibus rebus illuc iure aspicientibus in proprietatem ad integrum concedimus atque donamus — —

:Signum domni Ottonis (M.) invictissimi imperatoris augusti.: (SJ.)^{a)}

:Hildiboldus cancellarius ad vicem Uuilligisi archipellani^{b)} notaveram.: 35

^v
25. b) liuonis.

26. a) Foltz, Otto II. 4. b) sic.